¶Unt quoqz nōnulle alie persone que quandoqz dispensare pñt. vt ecce quatuor patriarche principales dispensant cum illo qui propter malam ordinationē beneficiorum suspensus est p concilium prouinciale a collatione beneficioz. vt extra de pben. graue. ad fi. quod non posset fieri p metropolitanum. nec etiaz p ipm cōcilium quod suspendit. vt ibi patet. z potest etiam dici q isti possunt dispensare cum suis subditis vbicunqz non phibetur. argu. lxv. di. mos antiquus. z extra de priuileg. antiqua. Alij vo. ppie dicunt primates. vt aquilegien. gradēn. toletan. cantuarien'sis. bituricens'is. et similes. vt. ix. q. q. iij. nullus primas. z fere p totum. z. c. conquestus. lxiij. di. cum longe. extra de offi. or. duo. isti tamen quandoqz vocant improprie patriarche. ad istos ergo oīa negocia difficilia referenda sunt. nec epūs sine eorum licentia consecratur. de quorum primatu z qualiter sūt maiores z quid ad eorum spectat officium. z vbi debēt constitui. z qualiter si peccant puniri debent. vide per ordinem. ℍ. Omnes sequentes concordan. posuit Jo. de deo sub. iij. articulo. ℨ. xvij. di. multis. xviij. dist. c. j. xix. di. scōm. z. c. propter. xxj. di. cleros. z. c. submittitur. z. c. intantum. xxij. di. p totum. lxiij. dist. c. j. et ij. z. c. agatho. lxv. dist. p totum. lxxv. dist. quod a patribus. z. c. quod die. lxxx. di. p totum. xcvj. dist. satis. c. di. c. j. z. j. q. vij. c. iij. ij. q. vij. multū. iiij. q. j. quod autem. ij. q. vij. sicut inquit. iij. q. v. quia suspecti. ix. q. iij. p totum xj. q. iij. theogal. xij. q. j. dilectissimis. xvj. q. j. frater noster. z. q. vj. placuit. de conse. dist. j. nosce. ¶Archiepūs autem. ℍ. Quintus articulus Jo. de deo. ℨ. vbi potest inter subditos suffraganeorum z inter ipos suffraganeos iure metropoli. iudicare potest p cōsequēs cum eis in penalibus actionibus dispensare. arg. de pe. di. vj. c. j. ad fi. z de pe. di. j. pene. in quibus casibus habet iurisditionē in illis. nota. extra de offi. or. pastoralis. In sua autem dioc. potest qd̄ q̄libet epūs ī sua potest. nō potest quod ille non potest. potest autem dispēsare cum male institutis a suffraganeo. vt extra de eta. et quali. z or. presi. ex ratione. z de tem. or. consultationi. Itē si inuenit suffraganeū circa rē aliquam deliquisse. potest illud emendare. ix. q. iij. cum scimus. Et nota q archiepūs z metropoli. idem sunt. sicut autem primas potest iudicare z punire metropol'. non tamen eius suffraganeos nisi in casibus. ita z metropol'. potest iudicare z punire suffraganeos suos nō tamen subditos eoz. nisi in casibus. vnde tam in primate q̄ in metropol'. valet regula illa si vinco vincentez. ergo multo fortius relit regula illa si vinco vincentez. ergo multo fortius relit. que habet'. ff. de diuer. temp. pre. de accessionib. ¶Abbas quoqz. ℍ. vij. articulis Jo. de deo. quia intermedius fuit de dispensatione epoz. z quasi ad literam fuerunt eius verba sequentia vsqz ad v. xij. z omnia sequentia etiam eius fuerunt tamen p saltum. Et etiaz sciendum q hic inseruit de omniū religionū statu z ordine vsqz ad p̄dicatores z mīores inclusiue. ℨ. potest cum monacho multipliciter dispensare. ¶Primo si ille fuerit nocturna illusione pollutus vt in die seq. valeat celebrare. vt. xvj. di. testamentū. z. c. se. ¶Secdo ī diuersis capitulis sm monasterij consuetudinē. dum tamen nō sit contra ius vel contra regulam. pfessaz vl' contra bonos mores. xj. di. ecclīasticarum z tribus capitulis se. xij. dist. illa. si tamen consuetudo sit irrationabilis tollenda est p illū qui hoc possit. vt. e. di. omnia. ¶Tertio dispensat suo arbitrio in penitētia monachi nubēcio vti. xxvij. di. p̄sbyter. xxvij. q. j. nec aliqua. tales eñ nubentes vel concubinas habentes canones damnant vt in pre. c. p̄sbyter. xxxij. di. seriatim. xxvij. q. j. vt lex. z c. quotquot. z. c. impudicas. et. c. monachi. ¶Quarto cum illis qui in oratorio loquuntur contra inhibitōez beati Benedicti. xlij. di. in oratorio. palea est. ¶Quinto cū monacho nouitio vt p̄moueat ad ordines sacros lxxvij. di. monachus. ar. tñ ꝯtra. xlviij. sicut neophitus ℍ. Solue vt nō. in p̄. c. monach' z. xvj. q. j. mōachos ℨ. ¶Sexto cū monacho apostata. l. di. c. fi. recōciliādo eū videlicet z ei penitentiā iniungēdo nō tamē si in apostasia fuerit ordinatus. vt extra de apo. c. fi. ¶Septimo contra illū canonē. liij. di. lege. vbi p̄hibetur miles ante p̄bationē triennij monachari. ad hoc accedat extra de regula. ad apostolicā. xix. q. iij. mōasterijs. quia potest renunciare abbas seu monasteriū iuri p se inducto vt ibi. z. xvij. q. j. consaldus. licet hoc periculosū sit. ℍ. Et ideo specialiter omnibus mendicantib' p̄hibitum. vt dicam infra v. xxiij. ℨ. vij. q. j. p̄iculosum. Jn seruis autem alienis dispensare non potest. contra illud autem. liij. di. si seruus. ¶Octauo cum illegitimo monasteriū ingrediente vt possit ad sacros ordines promoueri z admīstrationes tenere. lvj. dist. c. j. extra de fi. p̄s by. c. j. ℍ. vide supra. §. nunc de episcorum. v. vtrum. ad fi. §. et quod scripsi in pre. decre. j. in glo. penul. ℨ. ¶Nono cum seruo monasterij. manumittēdo ipm vt ibi monachus fiat. liij. di. qui ex familiis. z. c. multos. ℍ. Coniuncto. §. ibi p̄cedenti. ℨ. extra de ser. non or. de famulis. ¶Decimo q monachus det' in capellanū ecclesie parochialis si epi z populi cōsensus accedat. lviij. dist. c. j. et. ij. xvj. q. j. doctus. z. c. si monachus. z. c. monachus z. c. nos aūt. z. c. ī parochis. z. c. si quos dū tamē nō sit ibi solus. extra de sta. mo. c. ij. de capel. mo. ex parte. z. c. ad audientiam. Sed canonicus regularis bene potest solus esse. vt supra. §. nūc de episcoporum. ver. xv. ℍ. Uerius dic predicta locum habere ī claustralibus. id est qui possunt ad claustra reuocari. Jn alijs non. vt nō. in clem. ō sta. mo. ne ī agro. §. ad hoc in glo. sepius. ℨ. de iure eñ cōmuni nō pñt monachi habere capellas vel decimas vel sepulturas. xvj. q. j. c. j. z. c. placuit. sed solum ex indulgentia. vt. c.

q.c.puenit. ¶Undecio vt eū reducat ad claustꝝ si sibi nō placet eē i capell'. vl' poꝛatu. lxxiij. di. q̄rūdā. ¶Duodecio cū mōacho murmuratoꝛe z suſurrone i diſcipli na z coꝛrectione. xx. di. alien⁹. z. c. ſe. ¶Decimotercio vt possit ep̄m vl' aliū p̄latū accuſare. ij. q. vij. §. fi. H. Jo. de deo cōtra vbi. s. p̄ decre. ex parte. de accu. dic vt ibi nō. in glo. ij. Dicebat etiā q̄ peccat monach⁹ nō accuſans ſociū ad p̄niam. de hoc in glo. p̄dicta z ſup ea. Z. ¶Decimoquarto ſi contra regulā aliquid occulte reciꝑit. xij. q. j. nō dicatis. extra de ſtatu mo. cum ad monaſteriū. ad fi. a contrario ſenſu. ¶Decimoquinto vt fiat eps. xviij. q. j. c. vnico. poteſt etiam concedere vt epūs fa ctus itez monachus fiat. ꝑm ea que leguntꝰ extra de renun. poſt tranſla. cum ſuis concoꝛ. ¶Decimoſexto ex cā vt monachus habeat cellā ꝓpriā infra monaſteriū. xviij. q. ij. nullus. xx. q. vlt. c. fi. ad fi. ¶Decimoſeptimo diſpēſatiue debet fugitiuū requirere z ad claustꝝ reducere z cū eo miſericoꝛditer agere. vt. xviij. q. ij. abbates. extra de regula. c. fi. xxvij. q. j. nec aliq̄. H. hodie p̄ poſtitutionē bn̄dicti ad hoc artantꝰ. vt in decre. q̄ incipit paſtoꝛ bonus. Z. ¶Decimooctauo diſpēſat i p̄nia homicide q̄ monachus ē factꝰ. xxiij. q. ij. ammonere. ¶Decimonono i ieiunijs z cibis i eſu carniū z in op̄ibus manualib⁹ ad que monachus tenet'. de con. di. v. nō mediocriter. z. c. carnē. z. c. nunq̄. extra de ſta. mo. cū ad mōaſteriū. ¶Vicesimo cū nouitio nō p̄feſſo vt illi recedē ti bona ſua reſtituant'. extra de renū. ex trāſmiſſa. ſecus ſi donaſſet inter viuos. xvij. q. iij. ſunt qui opes. z. §. j. z fi. xix. q. ij. quia. z. c. platum. ¶Vicesimo p̄mo vt p̄mo neat' ad ſup̄iores ordines. q̄a ſine eius licētia nō poteſt vt extra de temp. oꝛ. ad aures. ¶Vicesimoſecūdo diſpēſat cū mōacho z ecōuerſo vt etiā inuitus ferat teſtimoniū in cā ſui monaſterij. extra de teſti. inſup ſtatuimus. z. c. cū nūcius. z. c. tuis. z. c. nup. de iureiur. z ſi chriſtus. ¶Vicesimotercio vt nouiti⁹ infra annū p̄fiteat' renūciando tp̄i p̄feſſionis noīe monaſterij. extra de regula. ad apoſtolicā ꝓtra iura illa. xvij. q. j. gonſaldus. z. q. ij. ſi quis incognitus. xix. q. iij. monaſterijs. z extra d regula. nō ſolū. H. z. c. ſe. lib. vj. p̄ que patet q̄ dictū eſt in mē dicātibus ordinibus locū nō habere. Z. ¶Vicesimoquarto vt monachus trāſeat ad maioꝛē ordinē. extra d regul'. licet. z. c. ſane. vel etiam ad parē ex cā ꝑ nō ad minoꝛē. vt nō. eo. ti. nō eſt. H. Jn. j. glo. z vide q̄d ſup ea dixi poſt Hoſti. qui ibi notat etiam abbatez ex cā dare poſſe licentiā tranſeūdi ad minoꝛē. vt aut' nō. de p̄ben. cū ſingula. li. vj. in glo. vt ſi in tali tranſitu ſine cā diſpēſaret ſolus papa. Et aduerte q̄a. s. §. nunc de epoꝛ. xx. nō. ep̄m diſpēſare debere in tranſitu ad minoꝛē. Et Jnno. in decre. vlt. de renūci. nō. vt ibi ſcripſi ſuper. iij. glo. diſpēſationē epi requiri cū trāſit ad parē vel laxioꝛē. z in decre. ſignificatū. de regula. vt ibi ſcripſi ſup fi. vlti. glo. dicit hanc diſpēſationē facilit' fieri vbi mioꝛ p̄feſſionez faceret. Ray. in ſum. de tranſitu cleꝛ. circa fi. dicit ꝑ male q̄ in tranſitu ad parē ſufficit petere licētiam liceat non obtineat'. dictum Jnno. placet. cui conꝛ. Archid. de elec. ſi religioſus. li. vj. in fi. Et Jo. mo. cū tranſit ad parem. in p̄e. decre. cū ſingula. Z. ¶Vicesimoquinto vt habeat expēſas p̄ iniuncta ſibi adminiſtratione. Sed non q̄ habeat ꝓpriū. extra de ſta. mo. c. ij. z. iij. ¶Vicesimoſexto poteſt diſpēſatiue recipere clericos ſeculares in monaſterio ad bn̄ficia contra conſtitutionē. extra eo. ti. c. fi. H. idē dixit Jo. de deo in articulo. vij. iij. colum. Sed neuter hoc p̄obat quare cōtrariū videt' cum vi p̄cepti facta ſit hec p̄hibitio i cōſtitutione p̄edicta circa monachos etiam nigros ſpeciali ter eſt p̄ouiſum. z p̄hibitio innouata ſub rubꝛica de creatione monachoꝝ. in fi. Z. ¶Vicesimoſeptimo dando monacho licentiā eundi ad ſcholas. extra ne cleri. vel mo. non magno z de magiſtris ſup Specu. ꝑm ſa nū illoꝝ iuriū intellectū. H. Per decre. vt piculoſa ne cleri. vel mo. neceſſaria eſt licentia abbatis cū cōſilio cōuentus. al's eſt pena excōicationis monacho vt ibi. Z. ¶Vicesimooctauo cū illo qui p̄iuſq̄ fieret monach⁹ oꝛdinē furtiue recepit. extra de eo qui oꝛ. fur. re. cum. b. ¶Vicesimonono cū illo qui p̄iuſq̄ religionē aſſumeret excōicationē ꝓpter manuū iniectionē violentā i clericū incurrat. z etiam cū monacho qui ſimilē excōmunicationē incurrit ſi p̄ ignoꝛantiā iuris vel facti excōicatus oꝛdinē ſacꝝ recepit niſi contra ignoꝛantiā violēter p̄ſumat'. extra de ſen. excom. cū illoꝝ. ꝑpe fi. extra d eo qui fur. oꝛ. re. c. ij. pōt etiā monachū ſuum alinz monachum verberantē abſoluere. eo. ti. p̄ tuas. H. nil facit. ſic facit Jo. de deo in. iij. colum. cuius erroꝛē auctoꝛ ſequit'. Z. Et. c. monachi. ſecus ſi clericum p̄cuſſerit ſecularem. vt in p̄e. concoꝛ. H. Et de ſen. excō. religioſo. j. Rn. li. vj. Z. ¶Triceſimo pōt diſpēſatiue excōicatum a ſe recipe ſine iuramēto cū manuali p̄miſſione. extra de ſen. excō. ſup eo. ß ibi loquit' d legato. ¶Triceſimoꝑmo vt monach⁹ remaneat i domo. ꝓpria vtēs ibi rebus ꝓpriis. vt extra q̄ clerici vl' vo. c. fi. ¶Triceſimoſcdo abbas ſacerdos qui recipit manus bn̄dictōem ſeu impoſitionē iuxta morē p̄ficiēdoꝝ abbatū pōt in ꝓpꝛio monaſterio cōferre clericatū. vt extra de eta. z qua. cuz contingat. lxix. di. c. j. H. hoc verꝝ quo ad ſuos monachos vel conuerſos vel eoꝝ quos habet ep̄alē iuriſdictionē vel q̄i. al's non. vel niſi p̄iuilegiū habeat. de p̄bend. abbates. in fi. li. vj. Z. ¶Triceſimotercio diſpēſat i regulis obſeruātijs remittēdis. vt. xx. q. vl. c. fi. de con. di. v. carnē. ſaltē i his q̄ nō ſunt de ſubꝛa. ar. extra de vi. z ho. cle. deus. ¶Triceſimoquarto in p̄nia ſuo arbitrio imponēda ei qui in monaſterio ingredit'. nō eſt em̄ certa delicti ſatiſfactio iniungēda ei cuius totū vite tēpus obedientie impendit' creatoꝛis. vt de peni. di. j. c. bis autoꝛitatib⁹. ¶Triceſimoq̄nto cū mōacho q̄ mutato hītu ſine licētia abbat' ſui alio mōaſterio recepit oꝛdinē. vt nō. Goff. extra de tē. oꝛ. ex parte. ¶Prohibet autē abbas vel epūs diſpenſare vt in eodem monaſterio ſint monachi z moniales. xviij. q. ij. diffinimus. z. c. in nullo. z. c. monaſteria. z. c. pernitioſam. Jtem non poteſt abbas diſpenſare vt monachus moꝛtaliter peccet. immo monachus ei obedire non tenetur. xj. q. iij. ſi quis epūs. ij. ¶Jtem non diſpenſat vt defectu ſumptus monialis ſeruiat clericis. lxxxj. di. ad reatum. poteſt autem monachos verberare ſi ſe verbo non coꝛrigant. vt. xlv. di. §. Salomō. xxiij. q. iij. c. fi. H. z eſt expſſum de ſen. excō. vniuerſitatis. Z. ¶Princeps quoq̄. H. nonus artículus Jo. de deo cuius fuerunt verba ſequētia vſq̄ ꝑpe fi. ibi vtz. Z. qui aliū nō recognoſcit ſup̄iorē in terris niſi ſolū papā diſpenſare poteſt. q̄ p̄ reges z p̄rincipes omnia deus diſtribuit humano generi. vt. viij. diſt. quo iure. C. de quadri. p̄e. bene a zenone. xxij. q. vl. cōuenioꝝ. z. c. ſe. diſpēſat em̄ impatoꝛ in animad uerſionis ſententia. xj. q. iij. cuz apud. xxij. q. j. paratus. j. q. j. q̄ q̄dam. Jtem in abolitione infamie quam facere poteſt z debet. z nō ſoluz p̄rinceps hoc poteſt immo z iudex. C. de aboli. l. abolitio. ¶Jtem p̄rinceps reſtituit ad famā z ad natales p̄rimos z ad ſtatum p̄rimuz. z ad honoꝛes z ad oꝛdinem ꝓpriuz. vt. C. de ſen. paſſ. z reſti. l. j. z hoc verum eſt cum ſpecialiter reſtituit. al's antē ſolū indulgentiā facit ß infamiam non tollit. nam indulgentia q̄s liberat nota. vt. C. de genera. aboli. indulgentia que eſt ij. q. iij. §. notandū. ꝑpe fi. C. de ſen. paſſ. z reſt. cū patrē z. l. tutoꝛ. z. l. generalis. Jtem reſtituit illegitimos filios natalibus. H. non tamen p̄ id cenſentur legitimi ad oꝛdines. de hoc infra. §. fi. x. ß illud queritur. Z. Et facit eos patribus legitimis ſuccedere. in aut'. coll'. vij. quibus mo. natu. effi. fi. le. §. j. z. iij. z circa medium. poteſt em̄ in hoc leges tollere. quia non habet imperiuz par in parem. extra de elec. c. innotuit. ff. de arbi. nā magiſtratus. Jtē impatoꝛ vl' rex qui non habet ſuperioꝛē legitimat

ꝓprium filium tanq̄ ꝓnceps subditum non pater filium. extra qui fi. sint legit. p venerabilem. §. verum. 7 in aut'. quibus mo. na. effi. leg. §. illud. coll'. vij. Itē dispensat cum seruo alieno 7 eum restituit primis natalibus liberoꝝ. H. vt. s. dñs nō habeat patronatū. vt ibi patet Z. xij. q. ij. qui manumittit'. Itez generaliter concedit priuilegia 7 absolutiones 7 restitutões etiaz ꝓtra sniās in criminibus. iij. dist. §. porro. iiij. di. §. fi. xcvj. di. cōstātinus. xcvij. di. §. victor. j. q. j. q quidā. xij. q. ij. ecclesiaz seruos. 7 in p. §. illud. 7. §. notandū. 7. ff. de sen. pas. 7 resti. l. j. 7. ij. Utrum autē reges vel collegiū cardinalium possint in integ. restituere laicos 7 quos 7 ad que nota. p̄m papā de re iudi. cum te. ¶ Capitulū etiam quandoq̄ dispēsat. vt extra de symo. ex insinuatione. 7 extra d̄ prebē. cum nō ignores. xvj. q. j. alia. Nam capitulū cōpatur senatui. vt. e. q. ecclesia. Sed senatus restituit aliquē fame sue. ff. de postul'. l. j. §. de qua ergo 7 capitulū hoc poterit papa nō. H. 7 Hosti. Z. extra de eo qui fur. or. re. H. c. ij. 7 ibi dixi ī vlti. glo. 7 idē dixit de postu. pla. c. vlt. vt ibi scripsi ad fi. vlt. glo. 7 vide. j. §. videdū quoq̄. ꝟ. q̄d si collatō. Z. q abbas. archi. vl' ali⁹ p̄latus sub eo vel etiā capitulū dispēsare nō p̄nt. minores em̄ plati ardua ad eos debēt deferre. vt extra de offi. archi. ad hec. xviij. di. c. j. nec videt qualiter iura p capitulo inducta faciant p ipō. Jo. tamē nō. in p. c. ecclesia q capitulū eligendo aliquē indignū intelligitur dispēsare cū illo nisi sit talis casus in quo phibita sit ei dispēsatio. ¶ Itē conciliū dispensat cōtra apostolicū. vt legit' 7 nota. lxxxij. di. presbyter. in princ. ¶ Sacerdos quoq̄ dispensare potest contra canones pniales. vt. l. di. de his clericis qui. 7. xxvj. q. vij. tēpora. Et dixi in repertorio sub titulo de pe. 7 re. in rubrica. be sunt penitentie a canonibus diffinite. H. xlvj. tales canones collegit Hosti. in sum. de peni. §. que pnia. sub. §. vt autem sed plures ponit ibi auctor 7 ibi tractans in prin. an sint pnie arbitrarie in casibus vbi sunt p canones expresse. de quo Jo. de deo in articulo. viij. 7 tenēt q sic ex causa bene facit de pe. 7 re. deus qui. idē nō. de peni. di. j. mensurā. vbi etiā nō. quid si sacerdos male fuerit arbitrat⁹ alias questiones psequit' Jo. de deo. que nō respiciunt propositum. sed ponebat alios quatuor articulos dispensationū. s. domini cum vasall'. Itez patris cum filio legitimo et non legitimo. Itē mariti cum vxore. Item socij cū socio. 7 donatoris cum donatario quas vt exq̄sitas auctor omisit.

Qualiter autē 7 quando facienda sit dispensatio breuiter perstringamus. Et quidem facienda est ex iusta 7 ex certa causa 7 magna hoc exigente. vt. j. q. vij. 7 si illa. et ꝛ. §. genera. Js tamen qui dispensat. omnia illa que ibi enumerant' diligēter pensare debz. Alioquin nō dispēsatio sed dissipatio potius dici debet. nā si is qui plat⁹ est debitori domínico culpas impune dimittet non mediocriter pfecto offendit. qa debita celestis regis 7 dñi sua p̄sumptione resoluit. ea nanq̄ que in nobis cōmittunt' facile dimittere possumus. ea ꝟo que in deū commissa sunt cū magna discretōne. nec tñ sine pnia possumus relaxare. vt. xxiij. q. iiij. si is q̄. qr qñq̄ est culpa relaxare vindictā. vt. xxviij. di. qr sunt culpe. debet ergo fieri dispensatio post pactam pniam vel partē ipsius. vt extra de iudi. at si clerici. §. de adulteriis. 7. lxxij. di. §. q̄ autem. 7. c. presbyter. ad fi. sed 7 qui indignū sciēter pmouet grauissime peccat. vt. xlix. dist. sacerdotes. 7 qui sine iusta causa dispensat propter indiscretā dispensationē deponēdus est si sup hoc accusatur. lj. di. c. j. in fi. 7. c. que in aliquo. in fi. qō forte obtinet si canonice monitus sit incorrigibil'. 7 ꝓpter hoc suspēsus adhuc ī sua ꝓtumacia pseueret violans sniam suspensiōis p̄m de. me. argu. extra de prebē. graue. §. volentes. 7 de vita et hone. cle. vt clericoꝝ. §. si quis igitur. 7 extra de excess. p̄la. tanta. ¶ Debet autem fieri dispēsatio p eam causa cognita summarie cuz egeat consilio. 7 inter maiora negocia computet'. vt patet. j. q. vij. §. nisi rigor. 7. c. seq. et §. necessitatis. 7. c. se. 7. §. vtilitatis. 7. c. se. 7 hoc fiat d̄ cō sensu canonicorum vel maioris partis vt dicūt quidā. argu. extra de his que fi. a pla. nouit. 7. c. quanto. extra de excess. pla. c. j. et. j. q. v. p̄tium. in fi. vbi de hoc. et de hoc nō. l. di. ex penitētibus. 7. lxxxvj. di. si quid. Alij dicunt assensum capituli in dispēsatiōibus de honestate nō necessitate requirendū. nā iure suo pōt eps dispēsare. 7 hoc cōmunis vsus tenet. ar. extra de iudi. at si. §. de adulteriis ibi poterat epūs ꝛc. 7 in pre. concor. in quibus nulla de capitulo mentio fit. H. De hoc nō. de elec. cū ex eo. in glo. licet igit'. lib. vj. Z. Quibus autē 7 qt modis fiat dispēsatio. 7 qualiter formant' snie sup dispensationibus nō. j. de snia. §. vt autē. ver. postremo 7 seq. ¶ Dicunt autē quidaz q vbicunq̄ epūs scienter faciat aliquid contra ius commune. 7 est tale factū in quo ipe dispensare potest pro dispensatione habetur. maxime vbi nullus ex hoc ledit'. vt extra de biga. sup eo. 7 extra de cle. coniug. diuersis. 7 extra de fi. pres by. veniens. et de apostat. c. j. H. Erratuz puto forsan de vicinitate. qr tex. vel glo. nil ād ꝓpositum. ꝑ in decre. p. f. secūda d̄ scima. ea est materia que etiam. j. allegat'. et que contigua est isti. Z. In quibus nō. de hoc 7. j. ver. pr. Alij dicūt 7 melius q ad hoc q dispēsare intelligat' oportet pro cedere ea q̄ p̄sumi faciunt dispensandi voluntatem. scz q precesserit cognitio summaria sup causis dispensationis. puta an sit necessitas vel vtilitas vel alia iusta cā subsit. ff. de in ius vocando libertus. j. q. vij. §. nisi rigor. 7. c. se. 7 etiam necessaria est sentētia dispēsationis. vel potius decretū sup dispensatione concessa. s. dicendo decerno eum idoneū ad ordinē ꝛc. vocatis forte his quorum interest. vt. j. q. vij. quoniā quicq̄d. quod non puto q sint vocandi. aliter aūt vt dicunt p̄sumit' temerariū factum epi. nec pro dispēsatione habetur. immo epūs punietur. quod non fieret si dispensasset prout deberet in casu sibi dispēsabili. 7 successor vel superior poterit contrauenire. lj. dist. qui in aliquo. lxxxj. dist. q̄cunq̄. Nunq̄d ergo epūs promouendo indignū intelligitur dispensare cum illo. 7 videtur q non. vt in. c. qui in aliquo. circa princi. ibi qui concubinas autē ꝛc. 7. lxxxj. dist. si qui. extra de preben. referente. semp enim epūs diceret se dispensasse vt non puniretur. arg. contra qō ipō facto dispenset. liij. dist. si seruus. extra de fil. pres. veniens. extra de sen. excom. si aliquando. 7 extra de appellatione. dilecti filij. 7 extra q̄ matri. accu. poss. p tuas. xvij. dist. diaconi. extra de restit. spoli. lras. ver. opinioni. vbi dicitur q ecclesia mandādo vel dissimulādo dispēsat. Jo. dixit q circa notum solo facto dispensat. sed non circa ignotum. tu dic q si epūs dicit se dispensasse. vel aliqs dicit eum dispensatū esse non est ei credendū nisi hoc p̄bet. debet em̄ dispensatio probari p testes vel etiaz per literas dispensationis vbi crimē occultum fuit q̄s epō confessus secrete. 7 de dispensatione obtenta habuit literas. prout legitur 7 nota. extra de scismati. c. ij. necessaria est ergo expressa dispensatio vt ibi 7 etiam in beneficijs. vt nota. extra de concess. preben. literas. 7. §. ꝟ. dicunt. Bal. non ob. ff. de re iudica. l. quidā consulebant. in fi qa ibi in principe. secus in inferiore. Item illud propter publicam vtilitatē. vt. l. barbarius. ff. de offi. pto. Z. ¶ Illud autē nō. q facilius dispensat' in ordine susceptō q̄ in suscipiendo. vt. l. di. quicūq̄. ¶ Qualiter 7 in quibus dispensat' cum redeunte ab hereti. nō. xij. dist. nos cōsuetudinē. extra de elec. qr diligētia. vel cuz ordinato ab hereticis vel p̄cisis ab eccl'ia vel excōicatis ix. q. j. in summa. 7. c. ab excōmunicatis. ¶ Hoc etiaz sciendas q quādoq̄ dispensat' cum aliquo in alterius odium vt extra de iureiu. si ꝟo. cū suis cōcor. H. Que nō. ibi

in vlti.glo.hoc dictum non ꝓcedet ꝑm Goff.qđ ꝓz ex eo qđ ibi scripsi in glo. fi.Ad contrariū rñdet ꝙ ea que scripsi de ꝑben.de mulcta sup ℵ.ratio.7 de constit.cum omnes sup glo.sic ergo. Z.ar.contra.xvj.q. vij.c.j.ℵ. bas ℵo. ¶Hoc quoq; notandū ꝙ delicti manifestatō ꝓhibet dispensationem saltē ꝓpter scandalum.vt ex đ aposta.c.ij.qđ non ē in occlto peccatore.qui post peractam penitētiam in suscep tis officijs remanere 7 ad superiora ascendē potest ꝑterq; reus homicidij.si autem crimen non ē manifestum.i.notorium.ē tamē tale de q̄ quis accusari potest 7 conuinci tūc habet locū dispensatio.hec ꝓbantur extra de temp.ordi.c.fi.7 no.co.t.ex tenore.7.l.di.in summa.7.c.de his ℵo.vt autē hic articulus plene liqueat nota ꝙ si peccatū alicuius ē enorme 7 manifestum deponit nec ꝓmouet sine dispēsatione ordinarij ep̄i.l.di.miror.7.c.his ℵo.si aūt est enorme 7 occultum parte penitētie pacta.pōt ministrare in ordinibꝫ susceptis.monēdus est tamē a suo ꝓfessore ne ad superiores ascendat. Sz si oīmode ascendē voluerit non ē ꝓhibendus.vt in.c.ex tenore.nec peccat ordines recipiendo ꝑm papam. ℵ.vt scripsi in pre.c.ex tenore sup glo.ij. Z.vt extra de aposta.c.ij.in fi. 7 extra de tem.or.c.fi.etiam sine dispensatione episcopi. qz sufficit sacerdotis absolutio ex clauiū potestate.arg.vj.q.j. illi qui abstinendū.tamē ex humilitate meret.7 hec vera sunt nisi sit tale crimen qđ etiam post pactam pniaz execution ē officij impediat de quo not.supra.§. iuxta. ℵ.sunt quoq; quia talis 7 si ꝓhiberi non possit qz peccatum eius est occultum.extra de symonia.ex tue.7 ar. xxj.q.j.sunt tm̄.7.c.placuit. peccat tamē siue ministrat siue ꝓmoueat.ar.j.q.j.ergo.extra de symonia. Mathe us.7 solus papa cuz eo dispensat ꝑm do.meū. vt supra §.nunc de episcoporum.ℵ. ꝓhibetur. Ceterum si ē modicum siue mediocre 7 occultum forte non ē monēdus vt abstineat a susceptione ordinū talis eīm post pactaz pniam licite pōt ministrare et ad superiores ascendē sine dispensatione. Si ℵo ē mediocre 7 manifestū 7 ē conuictus in iudicio :vel metu ꝓbationis confessus deponit xv.q.vlti.siquis p̄sbyter.lxxxj.di.c.j.si aūt euidentia rei vel spontanea ꝓfessione tunc acta pnia poterit cuz eo misericordit agi qñq; plus qñq; minus inspecta pso ne ꝓbitate 7 alijs circumstantijs vt in.c.siquis p̄sbyter 7.l.di.presbyteruz.vocatur autē mediocre mortal ꝑm do.me.7 hec vera sunt si veram egit pniam. secus si simulatam.vt.e.di.vt constitueret.porro lz sancti ꝓres statuerunt ne conuictus de crimine siue peruenit siue non debeat ꝓmoueri sed ꝓmotus deijciatur 7 deiect9 non restituatur.vt.l.dist.p̄sbyteri.7.c.penituerit.7.c.si post.non tamē ꝓpter hoc ē episcopis adempta potestas dispēsandi cum vere penitētib9 p̄sertim vbi scādalum non timetur.vt.e.di.vt constitueret.7.c.domio sācto.discretus tamē sit in dispēsando epūs vt attendat scandalum conditionem ꝓsone vtilitatem 7 necessitatez ecclesie.7 vtrū peregerit ꝓtem penitētie 7 alias debitas circumstantias.vt supra.§.dispēsationū. dispensatio eīm cum cause cognitione summaria danda ē.vt.ℵ. debet aūt.hic ē ꝙ siquis fuerit ī mortali peccato deprehensus statutū ē ne celebret ꝓpter scandalū quod ē in populo de oblatione talis.vt.l.di.de his ℵo. Et idē ē si ꝓfessus fuerit vel conuictus.vel aliter sit notorium. vt ea.di.siquis dyaconus.7.c.si eps.7 in predi.decre.ex tenore.eo.ti.c.fi.nisi fuerit dispēsatum cuz eo.lxxxj.di. ministri.7.lxxxij.di.presbyter qđ fieri debet si vere peniteat.vt in pre.decre.ex tenore.7.l.di.siquis dyacon9 Sed nonne idē scandalum remanet etiam si fuerit dispensatum videt ꝙ sic.qz lz ꝑ penitētiā animas saluare possumus infamiam tamē abolere non possumus et pena potest demi culpa ꝑmanens erit vt.ij.q.iij.§.hīc colligit.ß dic. ℵ.ꝑm Inno.in.c.ex tenore.vt.j.sequitur. Z.Non q̄tum ad catholicos firmiter credētes ꝙ ꝑlati potestatē habēt ligandi atq; soluēdi 7 etiā dispensandi.l.di.ponderet.7.c.constituerē.de hereticoz aūt scandalo non curamus.vt ꝓz.xj.q.iij.inter verba.extra de voto magne.§.cum igit.ℵ.de illis.arg.tamē ꝓtra ex de sacra vnc.c.vnico.§.ad exhibendū. ℵ.solue vt s. de renun.nisi.§.pro graui.7 vt ibi not.de voto magne. ℵsi.cum igit.7 vide quod no.xj.q.iij.p̄senti. Z. ¶Si aūt crimen occultum sit quātūcūq; graue sit acta penitētia vel ꝑte eius celebrare pōt etiam sine dispēsatōne. vt in pre.decr.ex tenore.7.e.ti.c.ad aures.7 de aposta. c.ij.nisi tale fuerit crimen qđ etiam post peractā pniaz officij executionē impediat.vt p̄dixi.irregularis autem sine dispensatōne celebrare non dz.vt.l.di.ex penitētibus.cum ipo tñ si sit occultus ē dispēsandū ꝑm papaz. vt extra de renun.nisi.§.psone.hoc psequere ꝑm eum put no.in p̄dic.decre.ex tenore. ¶Diximus ergo qualiter 7 quādo sit cum ordinando dispēsandum nūc dicamus qualiter 7 quando dispensandū ē cū ꝓmonēdo ad honores sup quo dicūt quidaz. ℵ. Ingredit glo. Inno.de qua in fine. Z.Qz si constat aliquē electū veram de peccato egisse pniam de eqtate ex officio iudicis non ē contra eum admittēda exceptio de crimine ī quo non sit necessaria dispēsatio supra ℵs.pri.lz de rigore iuris possit admitti.ar.ij.q.vij.requirendū.ß 7 accusator tunc repellit quia p̄sumit mala intentione accusare eū ꝙ pniam egit nisi forte suam vel suoz iniuriā ꝓsequat.iij.q.v.omnib. Alij dicunt: ꝙ vbicūq; accusat aliquis de crimine vel contra eū excipitur semp ē necessaria dispēsatio siue sit crimen enorme : siue mediocre siue modicum.nec ob.supra ℵ.pri.quia illa distinctō locum habet quādo is qui petit ordinari non accusatur. nec excipit contra eum.7 ex hoc apparet ꝙ cū delegat9 dispēsare non possit oēm exceptōnē cuiuslibet crimis admittere dz.prudent tamē aget si priusq; in cā procedat hoc referat delegāti vt p illū si expedierit dispēset. argumen.extra de offic.archidyaco.ad b.§.item in epistola 7 de offic. archiep̄s.c.fi.in fi. ¶Sed videt ꝙ etiam delegans nequeat dispēsare.nam priuilegiū lite pēdēte ipetratū ñ valet.vt ex vt li.pen.c.fi.ex de testi.cām q̄. ergo pari rōne nec dispēsatio pendēte accusatōne vel exceptione obtēta valere debet. Ad quod respondeo ꝙ aliud in priuile.per quod fit alij preiudicium et aliud in dispensatione per quam nemini p̄iudicat. Bal. ad hoc.ff.si quis cau.l.qui autē. Z.Secus tamen esset si p eum alicui fieret p̄iudicium . nam 7 priuilegium si nulli auferat p̄iudicium potest lite pendēte impetrari. Preterea cum nondum sit ꝓbatum crimen bene pōt dispensari.extra de excep.apostolice.extra de cleri.exc. ministrā.apostolice.extra d̄ sen.ex.venerabili.7 vid qđ nota.supra.§.nūc de episcopoz.ℵ.quid si electus .hec vera sunt si obijciat electo crimen preteritum de q̄ penitentiam egit.j.§.proxi.ℵ.sed quid si aliquis. Si ℵo ei obijciatur crimen in quo ꝑseverat 7 de quo penitentiam non egit semper est exceptio admittenda.l. dist. absit.xxxiij.di.c.j.xxv.di.c.fi.in occultis etiam de quibus post elec.tm̄ penituit potest dispensare cum eodē vt extra de renun.nisi cum pridez.§.j. ¶Porro dispēsator debet diligenter attendere dignitatem ad quam vocatur electus.quia facilius dispensabit in minori q̄z in maiori.ar. extra de elec.scriptum.§.penul.arg.tamē contra extra de translatio.c.fi.§.j.ℵsic.vnde.licet.sed verba ibi posita contrarium soluūt. ℵ.Solue vt ibi dixi supversi.dispensari.s.illud procedere quando solum vinculum ē impedimētum. Z. Item considerare debet qualitatem ꝑsone.nam facilius dispensabit cuz gratioso ꝓpter multas bonas animi dotes q̄z cū minus grato.extra de ꝑben.de multa.§.fi. Item facilius quis repellit ab obtinēdo q̄z deijciatur ab obtēto.extra d̄ iureiuran.quēadmodū.§.q ꝙ si post. Item cōsiderandū ē quare accusatio vel exceptio ꝓponat.nam si proponi-

tur vt quis repellatur a ꝓmotione tūc cū 'accusato seu cū eo contra quem excipit' dispensat'. Si ꝟo ido vt repellat' ab accusatione vel testimonio in cā criminali tūc ñ dispensat' cum eo.qr hui⁹ accusatoris seu excipientis illaudabilis ē intentio.ij.q.vij.siqs epūs. 7 quia fieret in ꝓiudicium eius q̄ accusat vel testes ꝓducit.ij.q.iij.paulum. ¶ In summa notandum ē q̄ in huiusmodi exceptionib⁹ que opponunt' contra electum sp ꝓbationes 7 dicta in meliorez ptē interptanda sūt. H. Hāc ptez 7 e⁹ ex ēpla pleni⁹ vide de elec.dudum.ij.p⁹ prin. super ℟.obiecta. Z.extra de re.iur.estote. nisi forte alie ꝓbationes ꝓbabiliores in contrariū moueant iudicē. ex de elec.cum inter. R.seniorē. de ꝓsum.quia verisimile Hec aūt interpretatio latior fiet quando excipitur q̄ quando quis accusatur.nec iudex ecclesiasticus debet admittere illum qui libidine vindicte accusat. Item si in modum exceptionis ꝓbatum fuit crimen. de quo electus penitētiam egit vel egisse ꝓsumitur 7 crimē ē modicum vel non ē inde exortum scandalum.non semper cassatur eius electio ꝫ ei alia pena imponitur. extra de elec.qō sicut.lxiij.di.salomitane.extra de homici.ex literis.j.§.fi.ꝑm papam.quod ꝓsequere ꝑm eum ꝓut no. in prē.decre.dudum. H. Hic est erratum quia in toto isto.§. non allegauit decre.duduz.ij.de ele.t.de qua intendit.7 ibi scripsi supradicta in glo.hoc non facit.et ibi in fi.inuenies dictum Host.quod sequit'. Z. Sed do.me.dixit q̄ etiam si papa ꝓbato crimine in moduz exceptōis vel denūciatōis vel accusatōis hāc grām facere possit lz non deceat non tñ hoc alij iudici facē licz q̄uis aliud sit d̄ illo dicēdū q̄ suo ꝓꝓio motu petit ꝙ silium salutare.ar.extra de homi.significasti.ij.§.j.℟.si.7 q̄dem. extra de elec.innotuit.ꝓpe prin. H. Et vide qō p⁹ ipm hostien.dixi de cleri.ex.mi.clerici sup.j glo. Z. ¶ Postremo nota q̄ is cui mādat' q̄ dispenset cū monachis dispensare etiā potest cū abbate.vt extra de symonia.c.fi.

Videndum restat de

dispensatōne sup pluralitate beneficiorum sup quo videndū ē ꝑ quem 7 in quibus bñficijs dispenset'.7 quid iuris sit de hmōi dispensatione ¶ Primo igit' sciendū ē q̄ beneficiorum aliud est simplex aliud duplex siue compositū. ¶ Simplex bñficiū dicitur simplex canonia cū prebēda vel aliud bñficium curam animarum non habēs.7 in talib⁹ vt quidam dicunt bene potest episcopus dispēsare ex causa vt aliquis habeat talia plura.vt extra de elec.c.penul.xvj.q.j.possessiones.nam dum constitutio extra de ꝓben. de multa reseruat spāliter aplice se.dispēsandi ptātem sup pluribꝫ ꝓsonatib⁹ 7 bñficijs curam animaꝝ hñtibus ꝑ ꝙsequens videt' relinquere alijs ordinarijs potestatez sup simplicib⁹ dispensandū.ar.extra de ꝓsump.nōne. xxv.di.qualis.ff.de iudi.cū ꝓtor.7 ꝑ contrariā ꝙsuetudinem derogatum ē illi canoni.lxx.di.sanctor.vbi inꝺicit' epō dispensandi ptās in pluribꝫ ꝓben. quā ꝙsuetudinem do.papa scit 7 tolerat.7 qō ꝓmittit' durat. vt ff.q̄ cuiusq̄ vniuer.no. Itē eor.§.pe. Alij ℟o dicūt q̄ nec in simplicib⁹ ꝑt epūs dispēsare.nā ille antiqu⁹ canō sanctoꝝ nisi corrigat' exp̄sse remanet cū nouo simil'.C. de app.ꝓcipimus in fi.quotiens em̄ noua actio inducit' vetus non tollit' nisi hoc exp̄sse dicat'.ff.de act.7 obli.l. quotz.xxxv.q.iij.de incestis in fi.quod eī non mutatur quare stare ꝓhibet'.vt.C.de testamētis sancimus.rūb. j.ad hoc etiam facit extra de ꝓben. cum iam dudū in fi. 7 de con.ꝓben.literas.nec ob.vt dicunt quod de sciētia do.pape ꝓponit'.nam multa ꝑ patientiam tolerantur: que si deducta forent in iudicium non deberēt mediante iusticia tolerari vt in predi.decre.cum iam in fine.ad idem.xxxj.q.j.hac ratione.in fi.7.xxxij.q.vij.apostolus in fine.prior tamen opinio verior est 7 cōiter obseruat' veruntamē epūs non pōt dispensare cū aliquo sup pluribꝫ talib⁹ bñficijs. H. Si intelligit de his de qb⁹ loq̄t c.qō primo allegat planū est.si intelligit vt videt' ꝑ sequentia de simplicib⁹ de quibus ꝓmo dixit ꝙriū not. in.c.literas statim allegato in fi.vltime glo.7 vidē quod super ea dixi. Z. in eadem eccl'ia obtinēdis prout colligitur in prē.decre.de multa.§.penul.7 in prē.decreta. literas.7 eo.ti.cum nostris.7 arg.ff.ad munici. municipes.ij.xxvj.dist'.acutius.in fi.sed q̄ in voce. sua possit quis plura talia habere bene dispenset epūs ꝫm primam opinionē.in diuersis autem episcopatibus dispēsare non potest ꝓpter iuris impossibilitatem. quia tenetur vtriq̄ epō obedire 7 ordines recipere abvtroq̄ 7 ab vtroq̄ iudicari posset quod esse non posset si contraria mandarent.quia nemo potest duob⁹ dñis ꝫuire. vt.xxj.q.j.c.j.7.xxvj.di.acutius. Unde hmōi ꝓplexitatem solus papa tollere pōt ꝫm do.me.q̄ dispēsando videtur ei concedere q̄ eligat cui maluerit obedire. Item no.extra de elec.dudum.ij.vtriusq̄ episcopi necessariam dispēsatōnem ee 7 sufficere quo ad hoc.ar.ex d̄ sentē.excom.cum illorum.§.si ℟o.7 de offi.archidy.ad hec.§.fi.ꝫ si primū bñficium requirebat residentiaz dispensatio alterius episcopi non sufficit vt ille possit recipere ꝓuentus prioris beneficij 7 sic potest intelligi ꝑ c.sanctorum. Item lz epūs prioris beneficij dispensare possit tacite vel exp̄sse.vel saltem sustinere ꝫm papā sine dispensatōne q̄ habeat canonicatum in alio epatu si placuerit secundo episcopo vel etiam in suo nō tamē valet eius dispensatio vt contra statutum vel consuetudinem ecclesie habeat p̄bendam. quia sic aliorum p̄bende diminuerētur 7 ecclesijs ē ad ꝓfectuz vt plures habeant consiliarios.lxiij. dist'.extra hoc ꝓsequere ꝫm papam. ꝓut no.extra de cleri.non resi.c.fi. Boff.autez dixit q̄ nullus solo papa excepto nec̄z in eodem nec̄z i diuersis epatibus in talibus dispensare potest.7 no.q̄ exp̄ssa dispēsatio est necessaria in talib⁹.est etiam necesse q̄ fiat ex causa nec intelligitur epūs dispensare cōsulendo etiam noto nisi hoc exprimat. quod dic vt.ē.§. qualiter autem.℟.dicūt autem q̄dam.7 ℟.se. ¶ Quid si collatio p̄bendaꝝ ptinet ad regem vel abbatē vel capitulum vel decanū nūquid illi poterūt dispensare cuz aliquo in duabus p̄bendis: videt' q̄ sic cum non sit eis ꝓhibitum.ar.extra de spon.cuz apud.extra d̄ transla. inter.post medium.ipi em̄ ita poterūt ꝙsiderare personę merita sicut 7 epūs 7 ꝑterea ipi vtūtur iure episcopi in collationib⁹ p̄bendarum quare dispēsare potest sicut ille.ꝑ rege est arg.extra de conce.p̄ben.c.fi.ꝑ abbate ē arg.q̄ maiora potest.ē.§.sunt quoq̄.ꝑ capitulo ē arg. extra de concess.p̄ben.cum nostris.in fi.de p̄ben.cū nō ignores.in fi.7 in predic.§.℟.capitulum. H. vbi vide as. Z. ꝫ dic contra q̄ non possunt.de iure em̄ cōi nulli potest duo beneficia obtinere.vt.j.℟.illud.7 specialit ꝓmissum est epō vt possit in hoc casu dispensare 7 ius cōmune relaxare.vt supra.ergo alij hoc sibi vsurpare non debent.quia priuilegia singulorum cōmune legez non faciunt.vt.xxvj.q.vj.non exemplo.7.iij.di.priuilegium.q̄ si fecerint tanq̄z violatores canonū puniendi sunt.vt.xxv.q.ij.violatores.q̄ autem rex hoc non possit ꝓbat' extra de penis in q̄busdam.7 de offi.legat.vile ctus.q̄ abbas non possit ꝓbat' extra de excess.ꝓla. accedentib⁹.xvj.q.j.interdicimus. H. bñ facit cle.de ꝓba.rescripti.ne in agro.§.ad hoc.vbi nō ꝓnt abbates ecclias vniri lz ad eos spectet collatio 7 idē de ꝓmutatōe no. i cle. de rex ꝓmut'.c.vno.in glo.p.e. Z. ¶ Quid si papa ita dicit dilecto filio magistro Guil. durāti canonico belluacen̄.capellano nostro salutem. cōferimus tibi decanatū carnoten̄.nō obstan.q̄ es canonicus narboneñ.7 ibi p̄ben.obtines. Rñdeo credo q̄ absq̄ alia dispensatione potero p̄bēdā narboneñ.tenere cū satz appareat intētio dñi pape sup ꝫ dū dic nō obstante Z. vt extra

de concess. ꝑben. quia cunctis. H. lib. vj. tu dic cõtra vt patet ō ꝑeben. non pōt. §. vlti. li. vj. Z. circa ꝑben dam aũt beluacen. lz non possit dici litera seu gra ſb repticia ꝓ eo ꝙ non tacui ß de hac in salutatõe fit mentio non intelligit mecũ dispẽsasse. ḋa exꝑssa dispẽsatio ẽ necessaria vt ꝓdixi. ¶ Illud aũt queri ꝓsueuit vtruz ꝗs possit de iure cõi sine peccato ⁊ absq; dispẽsatione plures ꝑbendas ⁊ plura simplicia bñficia retinere. ⁊ videtur ꝙ non. vt extra de ꝑbẽ. cũ iaz dudũ ibi plures dignitates atq; ꝑben. ⁊c. ⁊ in fi. ⁊. c. cuz non ignoretis. ⁊. c. sup inordinata vbi hoc videt exꝑssum. lxx. di. sanctoꝝ extra de ꝓcess. ꝑben. literas. ar. tamẽ contra. extra de excep. cũ ecclĩastice. H. vide qō ibi scripsi sup. j. glo. Z. extra de elec. dudũ. ij. ꝓpe fi. vbi ꝓhibet aliqs bñe tulum in diuersis ecclesijs parochialiby. vñ videt cõcedi ꝙ possit habere in diuersis simpliciby. So. dicũt ḋaz ꝗs do. meus sequit ꝙ hodie lz bñe plura bñficia simplicia cũ constitutio de multa interdicat solũ de dupliciby ⁊ in eadẽ ecclesia. nec ob. decre. cũ iam dudũ. nã lz possit ꝗs plures ꝓeben. habere non tamen multitudinem ꝓut ibi dicit. multitudo em̃ ẽ canoniby inimica. vt eo. ti. quia intantum. ⁊ sic intelliguntur omnia cõtraria vl de beneficijs curam habentiby animaꝝ. ⁊ sic consuetudo generalis interꝑtat quã scit papa et tolerat vnde eã approbare videt. ar. iiij. dis. §. leges. vel ibi habebat ille simul dignitates ⁊ ꝑbẽdas qō esse non pōt absq; dispẽsatione ⁊ in hac sñia concordat papa dicẽs ꝙ quis pōt esse ꝑbendarius ⁊ canonicus in diuerß eccl̃ijs. qō ꝓsequere ꝓm eum ꝓut no. in ꝑ. decre. cum iam dudũ. H. Ibi plene scripsi hanc materiaz in magna glo. Z. Et pōt rñderi ad iura contraria ꝓout no. in sum. do. mei ti. de ꝑben. §. ⁊ qualiter sub. §. ⁊ illud. ⁊ in ꝓe. decret. cũ iã dudũ. ⁊ ꝓm euz ⁊ ꝓm bãc opi. non ẽ necessaria dispẽsatio. qz supfluũ ẽ ꝑciby postulare qd de iure cõi cõpetit. ¶ li. x. de thesauris. l. vnica. Alij aũt inherent verbis ꝓe. c. sanctoꝝ dicentes ꝙ quis pōt habere plures ꝑbẽdas in diuersis ecclesijs ꝓpter honorẽ psone vel vtilitatem ecclesie ß non erit canonicus intitulatus nisi ī vna ar. lxxij. di. c. j. ⁊. ij. ⁊ extra de ꝓcu. ex insinuatõne. ō iure em̃ cõi vt dicũt nullus pōt plures ꝑben. habere siue in eodem episcopatu siue in diuersis. vt supra. ⁊ in hac sẽtentia fuit Jo. hinc est ꝙ siquis ī indulgẽtia tacet minimum simplex bñficium non valet. vt. j. ꝟ. ß nunqd nocet. non em̃ potest aliquis eẽ in pluribus collegijs simℓ. ff. de col. illici. l. j. §. fi. extra de priuil. volẽtes. §. fi. li. vj. extra de religio. do. c. fin. nec potest plures militias nec plus qꝫ vnius nomen ordinis affectare nec dignitatez ꝓiungere dignitati sup quo etiam non potest a principe dispensatio obtineri. vt. ¶. li. xij. qui mili. nō poss. l. is ḋem. §. in postez. nec duos honores habẽ. vt. ff. ad munici. libertꝝ. §. ꝑscriptio. si igit hoc in laicis ⁊ ī secularib⁹ honoribus statuitur. multofortius in clericis ⁊ in eccl̃iasticis honoriby obtinebit. lix. di. si officia. xxxviij. di. si in laicis. Ber. etiam ⁊ do. me. no. in ꝓedic. decret. dudum ꝙ nulli licet habere duas ecclesias quo ad tit. canonicatus immo si primũ beneficium sit sufficiẽs nõ potest aliud recipere sine dispẽsatõne. arg. ꝓ eo. j. q. ij. clericos. ⁊. c. pastoꝝ. ⁊. c. se. sup hoc no. plene do. me. in ꝑdic. decre. sup inordinata. H. Ibi distinguit bñficia regularia ⁊ secularia duplicia ⁊ simplicia. itez̃ subdistinguens vt ibi scripsi in vltima glo. qō aũt scripsit in decreta. literas coniunxi in ꝓe. decre. cum iam dudũ cũ eo quod ibi no. Z. ⁊. c. literas. ⁊ quãcũq; opiniones sequaris ꝓ receptionẽ secũdi simplicis non vacat ꝓmuz ipo iure. ¶ Duplex autẽ beneficium seu compositũ dicitur omne aliud beneficium citra episcopatum vsq; ad simplex siue sit dignitas siue personatus siue plebanatus siue quodcũq; aliud curam habẽs animarũ annexam. ⁊ nota ꝙ nullus potest habere duas eccl̃ias intitulatas de iure cõmuni quo ad ti. clericatus vel canonicatus vel ordinationis vel ꝓmotionis vel dignitatis vt extra de elec. dudum. ij. ꝟ. suggessit. vbi de hoc. lxx. dis. sanctoꝝ. vij. q. j. sicut alterius. extra de ꝑben. ad hoc ⁊. c. se. immo recipiẽdo scõm cum cura exquo illius possessionem habuit vacat primũ ipso iure. vt extra de ꝑben. de multa. ⁊. xxj. q. j. siquis iam trãsłat⁹. lz quidaz dicant ꝙ debet vacare ꝓ sentẽtiam nisi vtrũq; in iudicio ꝓtenderit retinere ꝓut no. in ꝓdic. decreta. de multa. nisi in quibusdam casibus specialibus in quibus pñt plures haberi. Primo propter pauptatem ecclesiarum. x. q. iij. vnio. de eta. ⁊ qua. eam te. extra de prebẽ. exposuisti. Secundo vbi vna dependet ab alia vt in ꝓdic. ver. suggessit. ⁊ in ꝑ. c. eũ te. ⁊ extra de ꝑben. extirpande. §. j. Tercio olim propter penuriam clericoꝝ. xxj. q. j. c. j. in fi. ⁊. §. j. q. vij. §. nisi rigor. Quarto si vna sit intitulata ⁊ alia commẽdata. vt in ꝓdic. ꝟ. suggessit. xxj. q. j. ḋ plures. Sed tunc in cõmendata non ẽ ꝓlatus ß ꝓcurator immo vacat nec habeat commẽdatarius ius in ea. nec facit fructus suos ß colligit ⁊ eos in vtilitatez eccl̃ie conuertere debet. argu. extra de accuß. si constiterit hodie commenda ecclesie parochialis non potest fieri indistincte vt dicam in consti. Grego. ꝓ. de elect. c. nemo. li. vj. Quinto ex dispensatione pape. vt extra de ꝑben. de multa. §. fi. xxj. q. j. relatio. ¶ Sed nũquid epus dispẽsare pōt vt quis habeat duo bñficia duplicia dixerunt T. ⁊. B. ⁊ fere oẽs ꝙ non ß solus papa. vt in. c. de multa in fi. a contrario sensu vbi dicit circa sublimes autez ⁊ literatas personas que maioribus sũt beneficijs honorande cum ratio postulauerit ꝓ sedez ap. poterit dispensari ergo non ꝓ alios. argu. extra de ꝓsump. nonne xxv. di. qualis. ff. de iudicijs cum ꝓtor. xxv. dist. illud. q̃ enim ticio nubere iubetur omnibus alijs nubere prohibetur. vt. ff. de condi. ⁊ demon. cum ita. hoc idem ꝓbatur extra de cleric. non resi. nõnulli. vbi epus conferens beneficium habẽti aliud simile priuatur potestate conferẽdi bñficium. vt in ꝓedi. ꝟ. suggessit. Jo. aũt qui multas ⁊ ꝓlixas glo. sup hanc materiam compilauit. ⁊ do. me. cum eo dixit ꝙ episcopi olim poterant dispensare vt aliquis haberz plures ecclesias ⁊ plura beneficia cũ cura. vt. lxx. di. sanctoꝝ. ⁊ ꝙ hodie idem possunt ī prece. cõsti. de multa. int dicitur tamẽ eis vaga ⁊ indiscreta dispensatio. qō enim non mutatur quare stare prohibet vt. s. ꝑpe prin. huius. §. papa etiaz no. extra de tẽp. or. dilectus. episcopum dispensare posse: vt quis habeat duas ecclesias intitulatas. vt in. c. sanctoꝝ. sed certe ibi non dī ꝙ sit necessaria episcopi dispensatõ ß dispositio. ⁊ propter hoc dicunt aliqui non eẽ in hoc necessariam dispẽsationẽ. quia ō iure cõmuni potest quis eas habere. vt no. ꝓm eum in ꝓdic. decreta. cum iam dudũ quod non placet. Dic ergo ꝙ aut in dispẽsatione considerat vtilitas ⁊ necessitas ecclesie aut ꝓgatiua meritoꝝ ⁊ excellẽtia ꝑsone. in primo casu dico ꝙ propt necessitatem ⁊ euidẽtem vtilitatẽ ecclesie vel psonaruz ipsius potest episcop⁹ dispẽsare vt quis habeat duas vel etiam plures ecclesias. ar. extra de concessi. ꝑben. cũ nostris in fi. j. q. v. presentium. extra de concess. ꝑbẽ. exposuisti. de rerum ꝑmu. q̃ntuz. vij. q. j. scias. extra ō ele. in causis in fi. lv. di. piscis. x. q. j. regenda. ⁊ in hoc concoꝝ. ¶ in. ⁊ do. me. ⁊ sic potest intelligi opinio Jo. naz etiã hac causa posset duas ecclesias vnire quod fortꝫ est extra de excess. ꝓla. sicut vnire. Si ꝟo in dispẽsatõe huiusmodi considerantur merita vel fauor seu excellẽtia alicuius persone tunc solus papa dispẽsare potest. argu. extra de elec. innotuit. in fi. ⁊ sic loquitur ⁊ intelligitur ꝓe. constitutio de multa in fi. ⁊ de ele. dudum. ij. §. nosigitur. ⁊ opi. T. ⁊ Ber. et sequacium suoꝝ. et iura ꝓo eo inducta licet enim olim possit epus dispensare vt in. c. sanctoꝝ. hodie tamẽ post late. concil. nõ potest. H. repete propter ꝓgatiuam persone ꝓm ꝑdicta. Z. vt in decre. de multa. ⁊ in decre. dudaz. ij. hec

